

de blé qu'il avoit dans son grenier. Un centurion, par l'ordre du préfet des marchés et provisions, a été prendre ce blé pour l'approvisionnement de la ville. Le créancier Gaius-Séius a fait rendre ces sacs de blé. On a demandé qu'est-ce qui devoit souffrir de la détérioration arrivée à cette occasion, si elle regardoit Titius le débiteur, ou Séius le créancier? J'ai répondu que, suivant l'exposé, le créancier ne devoit pas être responsable de la détérioration arrivée à cette occasion.

rum, istos culleos cùm Seius in horreo haberet, missus ex officio annonæ centurio culleos ad annonam sustulit: ac postea instantia Gaii Seii creditoris reciperati sunt. Quæro intertrituram quæ ex operis facta est, utrum Titius debitor, an Seius creditor agnoscere debeat? Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine intertrimenti accidisset, non teneri.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER QUARTUS DECIMUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE QUATORZIÈME.

TITRE PREMIER. DE L'ACTION QU'ON A DROIT D'INTENTER

Contre le patron d'un navire, en conséquence d'une convention faite avec celui qu'il a préposé.

1. *Ulpian au liv. 28 sur l'Edit.*

L n'y a personne qui ne sente combien l'édit dont il s'agit ici est utile : car, comme la nécessité où on se trouve de faire un voyage par mer oblige à contracter avec celui qui est préposé au vaisseau, sans qu'on puisse être instruit de sa condition, ni savoir à qui il appartient, la justice demande que celui qui l'a préposé soit obligé ; de même qu'on a action contre celui qui a préposé quelqu'un pour faire un commerce ou gérer quelque affaire. La nécessité même de contracter avec celui qui est préposé à un vaisseau est plus grande que celle de contracter avec un marchand ; parce que celui qui contracte avec ce dernier peut s'instruire de sa condition ;

TITULUS PRIMUS. DE EXERCITORIA ACTIONE.

1. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

UTILITATEM hujus edicti patere nemo est, qui ignoret : nam cùm interdùm ignari, cujus sint conditionis, vel quales, cum magistris propter navigandi necessitatem contrahamus, æquum fuit, eum qui magistrum navi imposuit, teneri : ut tenetur, qui institorem tabernæ, vel negotio præposuit : cùm sit major necessitas contrahendi cum magistro, quàm institore : quippe res patitur, ut de conditione quis institoris dispiciat, et sic contrahat : in navis magistro non ita : nam interdùm locus, tempus non patitur plenius deliberandi consilium.

Utilitas hujus edicti.

Magistri navis
definitio.

§. 1. Magistrum navis accipere debemus, cui totius navis cura mandata est.

De contractibus et delictis
nautarum.

§. 2. Sed si cum quolibet nautarum sit contractum, non datur actio in exercitorem: quanquam ex delicto cujusvis eorum, qui navis navigandæ causa in nave sint, detur actio in exercitorem: alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi. Si quidem qui magistrum præponit, contrahi cum eo permittit: qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit; sed culpa et dolo carere eos curare debet.

Quibus rebus
magister imponitur.

§. 3. Magistri autem imponuntur locandis navibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisve emendis: sed etiam si mercibus emendis, vel vendendis fuerit præpositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem.

De conditione
et ætate magistri

§. 4. Cujus autem conditionis sit magister iste, nihil interest, utrum liber, an servus: et utrum exercitoris, an alienus. Sed nec cujus ætatis sit, intererit: sibi imputaturo, qui præposuit.

Qui magistrum
præponunt.

§. 5. Magistrum autem accipimus, non solum quem exercitor præposuit, sed et eum quem magister. Et hoc consultus Julianus in ignorante exercitore respondit. Cæterum si scit, et passus est eum in nave magisterio fungi, ipse eum imposuisse videtur. Quæ sententia mihi videtur probabilis: omnia enim facta magistri debet præstare, qui eum præposuit: alioquin contrahentes decipientur. Et facilius hoc in magistro, quam in institore, admitendum propter utilitatem. Quid tamen si sic magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere? an adhuc Juliani sen-

au lieu qu'il n'en est pas de même à l'égard de celui qui est préposé à un vaisseau, le temps et le lieu ne laissant pas toujours la liberté de faire ces recherches.

1. On doit entendre ici par préposé à un navire, celui à qui on a confié le soin du vaisseau entier.

2. Mais si on avoit contracté indistinctement avec des matelots, on n'auroit point d'action contre le patron du navire; quoiqu'on l'ait contre lui relativement au délit commis dans le vaisseau par les matelots qui y sont pour manœuvrer: car il y a bien de la différence entre le contrat fait par ces sortes de gens et le délit commis par eux; parce que celui qui prépose quelqu'un à un vaisseau permet qu'on contracte avec lui; celui qui emploie des matelots ne permet pas de contracter avec eux, mais il doit avoir soin que leur mauvaise foi ou leur négligence ne nuise à personne.

3. On prépose un homme à un vaisseau à l'effet de le louer, ou pour le passage des voyageurs, ou pour transporter des marchandises; il peut aussi être préposé à l'effet d'acheter ce qui est nécessaire pour l'attirail du vaisseau; si même il l'étoit à l'effet de vendre et d'acheter des marchandises, il obligeroit à cet égard le patron du navire.

4. Il importe peu de considérer quelle est la condition de celui qui est préposé au vaisseau, qu'il soit libre ou esclave, qu'il appartienne au patron ou à un autre. On ne fait point non plus attention à son âge: c'est à celui qui l'a préposé à s'imputer d'avoir confié le soin de son vaisseau à quelqu'un qui n'étoit pas capable.

5. On entend par préposé, non-seulement celui qui l'est par le patron lui-même, mais aussi celui que le préposé a substitué à sa place, même à l'insu du patron, comme l'a répondu Julien, consulté sur cette matière. Au reste, si le patron en avoit connoissance, et savoit qu'il remplit cette fonction dans le vaisseau, il seroit censé l'avoir préposé lui-même. Ce sentiment me paroît admissible: car le patron doit garantir tout ce que fait son préposé; autrement ceux qui contractent seroient aisément trompés. Et ceci est encore plus certain à l'égard de celui qui est préposé à un vaisseau, qu'à l'égard de

celui qui l'est à un commerce sur terre. Cependant ce sentiment de Julien devrait-il être étendu au cas où le patron auroit préposé sous la condition qu'on n'en pourroit pas mettre un autre en sa place, supposé même qu'il eût expressément défendu que le préposé se substituât un tel? On doit répondre que par la faveur qui est due à ceux qui sont obligés de voyager sur mer, ce sentiment doit s'étendre même à ce cas.

6. On entend ici par navire un vaisseau propre à tenir la mer, comme un bateau qui ne peut naviguer que sur un fleuve ou sur un étang, et même un radeau.

7. Le prêteur n'accorde point action contre le patron, pour toutes sortes de contrats, à ceux qui ont contracté avec le préposé, mais seulement pour ceux qui sont dans les bornes et le genre de l'administration qu'il a accordée à son préposé; par exemple, s'il a loué une place dans le vaisseau pour transporter des ballots, s'il a acheté quelque chose d'utile pour son voyage, s'il a contracté pour se procurer ce qui lui étoit nécessaire pour radouber son vaisseau, s'il a fait quelque dépense à ce sujet, si les matelots demandent leurs salaires.

8. Lorsqu'un préposé à un vaisseau emprunte, est-il censé contracter dans les bornes de son administration? Pégase pense que l'action doit avoir lieu, s'il a emprunté pour employer aux choses dépendantes de l'administration qui lui est confiée; j'adopte ce sentiment, s'il a fait cet emprunt pour équiper ou radouber son vaisseau ou pour nourrir ses matelots.

9. Ofilius élève à ce sujet cette question: Si le préposé emploie à son usage particulier l'argent qu'il avoit emprunté pour radouber son vaisseau, le créancier auroit-il l'action contre le patron? Il répond que s'il a emprunté cette somme en déclarant qu'il devoit l'employer à son vaisseau, et qu'ensuite il change de volonté, le patron est soumis à l'action; parce que c'est à lui à s'imputer de se servir d'un préposé aussi peu fidèle. Mais il n'en seroit pas de même si, dès l'origine, il a eu intention de tromper le créancier, et qu'il n'ait pas déclaré expressément que le prêt seroit employé au radoub du vaisseau. Pédus adopte cette distinction.

10. Si le préposé trompe celui à qui il

tentiam admittimus, videndum est? Finge enim et nominatim eum prohibuisse, ne Titio magistro utaris? Dicendum tamen erit, eo usque producendam utilitatem navigantium.

§. 6. Navem accipere debemus, sive marinam, sive fluviatilem, sive in aliquo stagno naviget, sive schedia sit.

De navi.

§. 7. Non autem ex omni causa prætor dat in exercitorem actionem, sed ejus rei nomine, cujus ibi præpositus fuerit, id est, si in eam rem præpositus sit: utputà si ad onus vehendum locatum sit, aut aliquas res emerit utiles naviganti, vel si quid reficiendæ navis causa contractum vel impensum est, vel si quid nautæ, operarum nomine, petent.

Quibus ex causis datur exercitoria.

§. 8. Quid si mutuum pecuniam sumpserit? an ejus rei nomine videatur gestum? Et Pegasus existimat, si ad usum ejus rei, in quam præpositus est, fuerit mutuatus, dandam actionem: quam sententiam puto veram. Quid enim si ad armandam, instruendamve navem, vel nautas exhibendos mutuatus est?

§. 9. Undè quærit Offilius, si ad reficiendam navem mutuatus, nummos in suos usus converterit, an in exercitorem detur actio? Et ait, si hac lege acceperit, quasi in navem impensurus, mox mutavit voluntatem, tenèri exercitorem, imputaturum sibi, cur talem præposuerit. Quòd si ab initio consilium cepit fraudandi creditoris, et hoc specialiter non expresserit, quòd ad navis causam accipit, contra esse. Quam distinctionem Pédus probat.

§. 10. Sed et si in pretiis rerum emp-

tarum fefellit magister, exercitoris erit damnum, non creditoris.

§. 11. Sed si ab alio mutuatus, liberavit eum qui in navis refectionem crederat, puto etiam huic dandam actionem, quasi in navem crediderit.

§. 12. Igitur præpositio certam legem dat contrahentibus. Quare si eum præposuit navi ad hoc solum, ut vecturas exigat, non ut locet, quod fortè ipse locaverat, non tenebitur exercitor, si magister locaverit: vel si ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum: aut si ad hoc ut vectoribus locet, non ut mercibus navem præstet, vel contra: modum egressus, non obligavit exercitorem. Sed et si ut certis mercibus eam locet, præpositus est, putà legumini, cannabæ; ille marmoribus, vel alia materia locavit, dicendum erit, non teneri. Quædam enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβατηροὶ, id est, *vectorum ductrices*, sunt: et plerosque mandare scio, ne vectores recipiant: et sic ut certa regione, et certo mari negocietur: ut ecce, sunt naves quæ Brundisium à Cassiopa, vel à Dyrrachio vectores trahunt, ad onera inhabiles. Item quædam fluvii capaces, ad mare non sufficientes.

De pluribus magistris.

§. 13. Si plures sint magistri, non divisis officiis, quodcumque cum uno gestum erit, obligabit exercitorem. Si divisis, ut alter locando, alter exigendo, pro cuiusque officio obligabitur exercitor.

emprunte sur le prix des choses dont il dit avoir besoin, c'est au patron à en souffrir, et non au créancier.

11. Si le préposé, après avoir emprunté d'un particulier pour radouber son vaisseau, emprunte ensuite près d'un autre pour payer ce créancier, je pense que celui qui a prêté en dernier lieu a action contre le patron comme s'il avoit prêté pour le radoubs du vaisseau.

12. Ainsi, ce sont les bornes de l'administration confiée au préposé qui doivent faire la loi de ceux qui contractent avec lui. Donc, si le préposé n'est chargé que de recevoir le prix du passage ou du transport, sans être chargé de louer le vaisseau, parce que peut-être le patron l'avoit loué lui-même, le patron ne sera point tenu si le préposé a loué le vaisseau. Il en est de même si le préposé est chargé de louer et non d'exiger le prix du loyer, ou s'il a ordre de ne louer le vaisseau que pour le passage des voyageurs, et non pour transporter des marchandises, et ou réciproquement; s'il passe les bornes, son contrat n'oblige pas le patron. Il faut encore dire la même chose s'il étoit chargé de ne porter que de certaines marchandises, comme des légumes, du chanvre, et qu'il eût loué son vaisseau pour porter des marbres ou d'autres matières: en effet, il y a des vaisseaux propres à être chargés de fardeaux pesans, d'autres qui ne sont propres qu'à transporter des voyageurs, et je sais des patrons qui défendent à leur préposé de recevoir des voyageurs, d'autres qui veulent que leur préposé ne fasse le commerce que dans un certain pays et une certaine partie de la mer; car, comme il y a des vaisseaux pour passer des voyageurs du port de Cassiope ou de Dyrrachium à Brindes, et qui ne pourroient point porter des marchandises, de même il y a des bateaux qui peuvent voguer sur un fleuve, et qui ne pourroient pas tenir la mer.

13. S'il y a plusieurs préposés dont les fonctions ne soient pas séparées, le patron sera obligé relativement au contrat qu'on aura fait avec l'un d'eux. Si leurs fonctions sont séparées, de manière que l'un fût préposé pour louer, l'autre pour recevoir le frêt ou le nolis, le patron sera obligé relativement au contrat qui aura été fait avec chacun dans les bornes de ses fonctions.

14. Si le patron a préposé plusieurs, sous la condition assez usitée, que l'un ne pourroit rien faire sans l'autre, celui qui aura contracté avec un seul devra s'imputer de ne s'être pas conformé à la condition imposée.

15. On appelle patron d'un navire, celui qui en reçoit les revenus, soit qu'il soit le maître du navire, soit qu'il le tienne en entier à loyer du maître pour un temps ou pour toujours.

16. On ne distingue pas de quel sexe est le patron, s'il est père ou fils de famille, ou esclave; mais le pupille, pour faire valoir un vaisseau, a besoin d'être autorisé de son tuteur.

17. Ceux qui ont contracté avec le préposé sont les maîtres de l'attaquer lui-même, ou de s'adresser au patron.

18. Mais le prêteur ne donne point une action particulière au patron du navire contre ceux qui ont contracté avec son préposé, parce qu'il n'a pas besoin de cette ressource. Cependant si le préposé tire un salaire, il a contre lui l'action provenant du loyer; s'il n'en tire point, il a celle du mandat. Néanmoins les préfets qui ont soin des approvisionnemens de la ville, et les présidens dans les provinces, les admettent extraordinairement à demander l'exécution du contrat fait par leur préposé.

19. Si le patron au profit de qui on fait valoir un navire est en la puissance d'un autre, du consentement duquel il le fasse valoir à son profit, on donnera action contre celui sous la puissance duquel il sera, pour assurer l'exécution de la convention faite avec son préposé.

20. On donne à la vérité action contre celui sous la puissance duquel est celui au profit de qui on fait valoir un vaisseau, mais ce n'est qu'autant que cela se fait de son consentement. Ce qui fait que ces personnes sont alors obligées pour le tout, c'est que le district des vaisseaux concerne le bien public. Il n'en est pas de même de ceux qui sont préposés par un autre au commerce sur terre: c'est pourquoi ceux qui contractent avec un esclave qui fait au su de son maître un commerce de marchandises dé-

§. 14. Sed et si sic præposuit (ut plerunque faciunt), *ne alter sine altero quid gerat*: qui contraxit cum uno, sibi imputabit.

§. 15. *Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones, et reditus omnes perveniunt, sive is dominus navis sit, sive à domino navem per aversionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.*

§. 16. Parvi autem refert, qui exercet, masculus sit, an mulier, paterfamilias, an filiusfamilias, vel servus: pupillus autem si navem exerceat, exigemus tutoris auctoritatem.

§. 17. Est autem nobis electio, utrum exercitorem, an magistrum convenire velimus.

§. 18. Sed ex contrario, exercenti navem adversus eos qui cum magistro contraxerunt, actio non pollicetur: quia non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato cum magistro, si mercedem operam ei exhibet: aut si gratuitam mandati agere potest. Solent planè præfecti propter ministerium annonæ, item in provinciis præsidens provinciarum, extra ordinem eos juvare ex contractu magistrorum.

§. 19. Si is qui navem exercuerit, in aliena potestate erit, ejusque voluntate navem exercuerit: quod cum magistro ejus gestum erit, in eum in cujus potestate is erit, qui navem exercuerit, iudicium datur.

§. 20. Licet autem datur actio in eum cujus in potestate est qui navem exercet, tamen ita demùm datur, si voluntate ejus exerceat. Ideò autem ex voluntate insolidum tenentur, qui habent in potestate exercitorem: quia ad summam rempublicam navium exercitio pertinet. At institorum non idem usus est: ea propter in tributum duntaxat vocantur, qui contraxerunt cum eo qui in merce peculiari sciente domino negotiatur. Sed si sciente duntaxat, non etiam volente,

Exercitoris definitio.

Sexus, conditio, ætas.

De concursu actionis exercitoriae et directæ.

An detur actio exercitori.

Si exercitor sit in alterius potestate.

eum magistro contractum sit: utrum quasi in volentem damus actionem insolidum, an verò exemplo tributoriæ dabimus? In re igitur dubia melius est verbis edicti servire, et neque scientiam solam et nudam patris dominive in navibus onerare, neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad solidi obligationem. Et ita videtur Pomponius significare: si sit in aliena potestate, si quidem voluntate gerat, insolidum eum obligari: sin minus, in peculium.

§. 21. In potestate autem accipiemus utriusque sexus, vel filios vel filias, vel servos vel servas.

§. 22. Si tamen servus peculiaris volente filiofamilias in cuius peculio erat, vel servo, vicarius ejus navem exercuit, pater dominusve qui voluntatem non accommodavit, duntaxat de peculio tenebitur: sed filius ipse insolidum. Plane si voluntate domini, vel patris exercent, insolidum tenebuntur: et præterea et filius, si et ipse voluntatem accommodavit, insolidum erit obligatus.

§. 23. Quanquam autem si cum magistro ejus gestum sit, duntaxat pollicea-

pendantes de son pécule, n'ont contre ce dernier qu'une action pour venir avec lui à contribution sur le pécule. Cependant si le fils ou l'esclave faisoit valoir au su du père ou du maître un vaisseau à son profit, mais sans son consentement, le contrat qui auroit été fait avec son préposé obligerait-il le père ou le maître en entier, comme s'il y eût consenti, ou bien n'auroit-on contre lui que l'action semblable à celle par laquelle les deniers d'un pécule se distribuent proportionnellement entre le père ou le maître et les autres créanciers pécuniaires? Dans une question aussi douteuse, il faut s'en tenir strictement aux termes de l'édit: de manière que, dans le cas où le fils ou l'esclave fera valoir un vaisseau à son profit, la simple connoissance qu'en aura le père ou le maître ne doit pas lui être à charge; et quand il s'agira d'un commerce fait par lui dans les bornes de son pécule, la volonté qui se trouve du côté du père ou du maître ne pourra pas obliger ces derniers en entier à l'exécution de ce qui aura été fait avec ceux dont le fils ou l'esclave se sera servi pour son commerce. C'est ce que Pomponius paroît entendre, en disant qu'il y a action pour le tout, quand ceux qui sont sous la puissance d'autrui font un commerce du consentement et par la volonté de ceux à qui ils sont soumis; qu'autrement l'action ne peut avoir lieu que jusqu'à concurrence des fonds qui se trouvent dans le pécule.

21. On entend ici par personnes sous puissance d'autrui, celles des deux sexes, fils ou filles de famille, esclaves mâles ou femelles.

22. Cependant si un esclave dépendant du pécule d'un fils de famille faisoit valoir un vaisseau au profit et du consentement du fils de famille, sous la puissance de qui il est; ou si un esclave subordonné à un esclave en chef faisoit la même chose, le père ou le maître qui n'y auroit point donné son consentement ne seroit tenu que jusqu'à concurrence des fonds qui se trouveroient dans le pécule: il seroit tenu pour le tout s'il y avoit consenti; et si le fils de famille y a consenti, il sera lui-même obligé pour le tout.

23. Quoique le prêteur ne paroisse, dans le cas dont nous parlons, accorder l'action

que lorsqu'on aura contracté avec le préposé de celui qui est sous la puissance d'autrui, il est cependant certain, comme Julien l'écrit, qu'on aura également action contre le père ou le maître, si on a contracté directement avec celui au profit de qui le vaisseau étoit employé.

24. Cette action est donnée contre celui au profit de qui on fait valoir le vaisseau du chef de son préposé; au moyen de quoi, dès qu'elle est intentée contre l'un des deux, elle n'a plus lieu contre l'autre. Mais si on a payé quelque chose à celui qui a cette action, l'obligation sera diminuée d'autant, et de plein droit, si c'est le préposé qui a payé. Si c'est le patron du vaisseau, soit qu'il ait payé en son nom, parce qu'il est personnellement obligé en conséquence de l'édit du préteur, soit qu'il ait payé au nom de son préposé, l'obligation sera pareillement diminuée; parce que quiconque paye pour un débiteur le libère.

25. S'il y a plusieurs patrons du vaisseau, cette action a lieu solidairement contre chacun;

2. *Gaius au liv. 9 sur l'Edit provincial.*

Afin qu'on ne soit pas obligé d'avoir affaire à plusieurs pendant qu'on a contracté avec un seul.

3. *Paul au liv. 29 sur l'Edit.*

On ne considère point la portion que chacun peut avoir dans le vaisseau: c'est à celui qui a payé à se faire tenir compte par ses associés, en vertu de l'action qu'il a contre eux.

4. *Ulpian au liv. 29 sur l'Edit.*

Si cependant plusieurs faisoient valoir par eux-mêmes un vaisseau à leur profit, chacun doit être actionné suivant la portion qu'il a dans le profit; car ils ne pourront point être regardés comme préposés les uns par les autres.

1. Si plusieurs font valoir, et ont préposé un d'entre eux, ils pourront être actionnés solidairement pour ce qui aura été fait par celui-ci.

2. Quant à un esclave commun à plusieurs propriétaires, qui fait valoir un vaisseau à son profit, on doit observer ce qu'on a dit avoir lieu ci-dessus à l'égard de plusieurs faisant valoir par eux-mêmes. Cependant si un seul des propriétaires avoit con-

tur prætor actionem; tamen (ut Julianus quoque scripsit) etiam si cum ipso exercitore sit contractum, pater dominusve insoludum tenebitur.

§. 24. Hæc actio ex persona magistri in exercitorem dabitur: et ideò si cum utro eorum actum est; cum altero agi non potest: sed si quid sit solutum, si quidem à magistro, ipso jure minuitur obligatio. Sed et si ab exercitore, sive suo nomine, id est, propter honorariam obligationem, sive magistri nomine solverit, minuetur obligatio: quoniam et alius pro me solvendo me liberat.

De concursu actionis exercitorie et directæ.

§. 25. Si plures navem exerçant, cum quolibet eorum insoludum agi potest;

De pluribus exercitoribus.

2. *Gaius lib. 9 ad Edictum provinciale.*

Ne in plures adversarios distringatur, qui cum uno contraxerit.

3. *Paulus lib. 29 ad Edictum.*

Nec quicquam facere quotam quisque portionem in nave habeat: eumque qui præfiterit, societatis judicio à cæteris consecuturum.

4. *Ulpianus lib. 29 ad Edictum.*

Si tamen plures per se navem exerçant, pro portionibus exercitationis conveniantur: neque enim invicem sui magistri videntur.

§. 1. Sed si plures exerçant, unum autem de numero suo magistrum fecerint, hujus nomine insoludum poterunt conveniri.

§. 2. Sed si servus plurium navem exerçant voluntate eorum, idem placuit quod in pluribus exercitoribus. Planè si unius ex omnibus voluntate exercuit, insoludum ille tenebitur. Et ideò puto et in superiore casu insoludum omnes teneri.

De servo plurium exercitorum.

De alienatione
aut morte servi
exercitoris. De
morte magistri.

§. 3. Si servus sit qui navem exercuit voluntate domini, et alienatus fuerit, nihilominus is qui eum alienavit, tenebitur. Proinde et si decesserit servus, tenebitur: nam et magistro defuncto tenebitur.

De tempore
harum actionum
De heredibus.

§. 4. Hæ actiones perpetuæ, et hereditibus et in heredes dabuntur. Proinde et si servus qui voluntate domini exercuit, decessit, etiam post annum dabitur hæc actio, quamvis de peculio ultra annum non detur.

5. *Paulus lib. 29 ad Edictum.*

Si quis cum
servo suo exer-
citore alterius,
vel cum servo
communis,

Si eum qui in mea potestate sit, magistrum navis habeas, mihi quoque in te competit actio, si quid cum eo contraxero. Idem est si communis servus nobis erit: ex locato tamen mecum ages, quod operas servi mei conduxeris: quia et si cum alio contraxisset, ageres mecum ut actiones quas eo nomine habui, tibi præstarem: quemadmodum cum libero, si quidem conduxisses, experieris. Quod si gratiæ operæ fuerint, mandati ages.

Vel cum servi
sui magistro
contraxerit.

§. 1. Item si servus meus navem exercuit, et cum magistro ejus contraxero, nihil obstat, quominus adversus magistrum experiar actione quæ mihi vel jure civili, vel honorario competit: nam et cuivis alii non obstat hoc edictum, quominus cum magistro agere possit: hoc enim edicto non transfertur actio, sed adjicitur.

Si unus ex
multis exercito-
ribus cum ma-
gistro contraxe-
rit.

§. 2. Si unus ex his exercitoribus cum magistro navis contraxerit, agere cum aliis exercitoribus poterit.

6. *Paulus lib. 6 Brevium.*

Si servus non
voluntate domi-
ni exercent.

Si servus non voluntate domini exercuerit, si sciente eo, quasi tributio-

senti, lui seul seroit obligé pour le tout: ce qui me fait croire que, dans le premier cas, les copropriétaires sont solidairement obligés.

5. Si c'est un esclave qui tire le profit d'un vaisseau du consentement de son maître, lorsqu'il sera aliéné, son ancien maître n'en sera pas moins obligé. Il le sera donc aussi en cas de mort de cet esclave, comme il le seroit même après la mort de son préposé.

4. Ces actions sont perpétuelles; elles se transmettent pour et contre les héritiers. Ainsi, si l'esclave qui a fait valoir un vaisseau du consentement de son maître est mort, cette action aura lieu contre le maître même après l'année, quoique l'action qu'on a sur le pécule de l'esclave s'éteigne par le laps d'un an.

5. *Paul au liv. 29 sur l'Edit.*

Si vous avez préposé à votre vaisseau un homme qui est sous ma puissance, j'aurai action contre vous, si j'ai contracté avec lui. Il en est de même si un copropriétaire contracte avec l'esclave préposé par son associé. Vous aurez cependant contre moi l'action du loyer, parce que je vous ai loué les services de mon esclave: car si cet esclave avoit contracté avec un autre que moi, vous auriez toujours une action contre moi, pour que je vous transportasse les actions que mon esclave m'auroit acquises. Vous auriez cette action directement contre une personne libre, si vous eussiez pris ses services à loyer. Mais si mon esclave vous a servi gratuitement, vous aurez contre moi l'action du mandat.

1. De même, si mon esclave fait valoir un vaisseau à son profit, et que j'aie contracté avec son préposé, rien ne m'empêche d'intenter contre ce préposé l'action que j'ai, et suivant le droit civil, et suivant le droit prétorien: car toute autre personne peut, malgré l'édit que nous interprétons, agir contre le préposé; parce que cet édit ne transfère point l'action, mais il en ajoute une nouvelle.

2. Si un de ceux au profit de qui le vaisseau est employé contracte avec le préposé, il peut intenter l'action contre ses autres associés.

6. *Paul au liv. 6 des Abrégés.*

Si un esclave fait valoir un vaisseau à son profit sans le consentement de son maître,

tre, il y aura lieu contre le maître à une action pour venir avec lui par contribution sur les deniers du pécule, s'il en a eu connoissance; s'il l'a ignoré, il n'y a plus lieu qu'à une action limitée par les fonds qui se trouveront dans le pécule, le maître payé en entier de ce qui lui est dû.

1. Si un esclave commun à plusieurs maîtres fait valoir de leur consentement un vaisseau à son profit, il y aura contre chacun d'eux action pour le tout.

7. *Africain au liv. 3 des Questions.*

Lucius-Titius a préposé à un vaisseau dont il tiroit le profit, l'esclave Stichus. Cet esclave a emprunté une somme, en déclarant qu'il l'emploieroit au radoub du vaisseau. On a demandé si on ne pourroit pas dire que Titius ne seroit soumis à notre action, qu'autant que le créancier prouveroit que l'argent a été véritablement employé à réparer le vaisseau? J'ai répondu que, pour que le créancier pût intenter utilement son action, il suffisoit qu'au temps où il a prêté son argent le vaisseau eût réellement besoin de réparation: car on ne peut pas exiger que le créancier prenne lui-même le soin de le faire réparer (ce qui arriveroit si on le forçoit à prouver que son argent a véritablement été employé à cette réparation); mais aussi on exige qu'il sache qu'il prête pour une chose où s'étend l'administration dont le préposé est chargé: or il ne peut en avoir connoissance qu'il ne sache en même temps qu'on a besoin d'argent pour réparer le vaisseau. Ainsi si le vaisseau avoit réellement besoin de réparation, mais qu'il eût prêté une somme beaucoup plus considérable qu'il ne falloit, il n'aura point contre le maître du vaisseau une action pour se faire rendre en entier ce qu'il aura prêté.

1. Il faut encore remarquer si l'argent a été prêté dans un endroit où on pût acheter les choses pour lesquelles le prêt a été fait: car, que seroit-ce, dit-il, si le vaisseau avoit besoin de voiles, et que l'argent eût été prêté dans une île où il fût impossible de s'en procurer? En général le créancier doit y apporter quelque soin.

2. Il ajoute qu'on doit dire à peu près la même chose par rapport à l'action qui a lieu en faveur de celui qui a contracté

ria: si ignorant, de peculio actio dabitur.

§. 1. Si communis servus voluntate dominorum exerceat navem, in singulos dari debet insolidum actio.

De serve communi.

7. *Africanus lib. 8 Quæstionum.*

Lucius Titius Stichum magistrum navis præposuit. Is pecuniam mutuatus, cavet, se in refectionem navis eam accepisse. Quæsitum est, an non aliter Titius exercitoria teneretur, quàm si creditor probaret pecuniam in refectionem navis esse consumptam? Respondit, creditorem utiliter acturum, si cum pecunia crederetur, navis in ea causa fuisset, ut refici deberet. Etenim ut non oportet creditorem ad hoc adstringi, ut ipse reficiendæ navis curam suscipiat, et negotium domini gerat (quod certè futurum sit, si necesse habeat probare pecuniam in refectionem erogatam esse): ita illud exigendum, ut sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit præpositus. Quod certè aliter fieri non potest, quàm si illud quoque scierit, necessariam refectioni pecuniam esse. Quare etsi in ea causa fuerit navis, ut refici deberet, multò tamen major pecunia credita fuerit, quàm ad eam rem esset necessaria, non debere insolidum adversus dominum navis actionem dari.

Si quærat, an creditum sit in id cui magister,

§. 1. Interdum etiam illud æstimandum, an in eo loco pecunia credita sit, in quo id propter quod credebatur, comparari potuerit. Quid enim, inquit, si ad velum emendum in ejusmodi insula pecuniam quis crediderit, in qua omninò velum comparari non potest? Et in summa aliquam diligentiam in ea creditorem debere præstare.

§. 2. Eadem ferè dicenda ait, et si de institoria actione quærat. Nam tunc quoque creditorem scire debere, neces-

Vel institor præpositus erat.

sariam esse mercis comparationem, cui emendæ servus sit præpositus, et sufficere, si in hoc crediderit: non etiam illud exigendum, ut ipse curam suscipiat, an in hanc rem pecunia eroganda est.

avec le préposé à quelque commerce sur terre; parce qu'alors le créancier doit aussi savoir que l'acquisition de telle marchandise est nécessaire, et que l'esclave est préposé pour en faire de semblables. Cette connoissance suffit à l'égard du créancier, sans qu'on doive exiger de lui qu'il ait soin de s'assurer si l'argent qu'il a prêté a été employé à cette acquisition.

TITULUS II.

DE LEGE RHODIA

DE JACTU.

1. *Paulus lib. 2 Sententiarum.*

LEGE Rhodia cavetur, ut si levandæ navis gratia jactus mercium factus est, omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est.

2. *Idem lib. 34 ad Edictum.*

Si laborante nave, jactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas locaverant, ex locato cum magistro navis agere debent. Is deindè cum reliquis quorum merces salvæ sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest. Servius quidem respondit, ex locato agere cum magistro navis debere, ut cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præsent. Inò, etsi retineat merces magister, ultro ex locato habiturus est actionem cum vectoribus. Quid enim si vectores sint, qui nullas sarcinas habeant? Planè commodius est, si sint, retinere eas. At si non, et totam navem conduxerit, ex conducto aget: sicut vectores qui loca in nave conduxerunt. Æquissimum enim est commune detrimentum fieri eorum qui propter amissas res aliorum, consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent.

TITRE II.

DE LA LOI RHODIENNE,

CONCERNANT LES MARCHANDISES

D'un vaisseau jetées dans la mer.

1. *Paul au liv. 2 des Sentences.*

LA loi Rhodienne porte, «que si on a jeté des marchandises dans la mer pour décharger un vaisseau, tous doivent contribuer à supporter la perte qui a été faite pour le salut de tous».

2. *Le même au liv. 34 sur l'Edit.*

Lorsqu'un vaisseau étant battu par la tempête, on a jeté des marchandises dans la mer, les propriétaires de ces marchandises, dans le cas où ils seront convenus d'un loyer pour le transport, auront l'action du loyer contre celui qui est préposé au vaisseau, pour se faire indemniser par lui de leur perte. Celui-ci pourra ensuite intenter son action contre les autres dont il a pris les marchandises à loyer, et qui n'ont rien perdu, afin que la perte se répartisse proportionnellement entre tous. Servius pense que ce n'est qu'au moment où chacun intente l'action de loyer contre le préposé au vaisseau, qu'il peut retenir les marchandises de ceux qui n'ont rien perdu, jusqu'à ce qu'ils lui aient payé leur part dans la perte commune. Mais il est vrai que, quoique le préposé ait droit de retenir ces marchandises, il a lui-même directement l'action de loyer contre ceux qui sont sur le vaisseau: car enfin, il peut se faire qu'il y ait des gens sur le vaisseau qui n'aient aucuns ballots; il est toujours plus commode, s'il y a des marchandises, de les retenir. Mais s'il n'y en a point, et que tout le vaisseau ait été loué, il y aura lieu à l'action du loyer; comme aussi s'il se trouve des passagers qui

Summa hujus legis.

Quæ actiones Azitur pro contributione.

aient loué leur place. En effet il est très-juste que la perle soit partagée en commun avec ceux qui n'ont conservé leurs marchandises que parce que les autres ont perdu les leurs.

1. Si, pour conserver les marchandises, le vaisseau a souffert quelque détérioration ou a perdu de ses agrès, il n'y a à cet égard aucune contribution à faire; parce qu'il y a bien de la différence entre les choses nécessaires pour équiper un vaisseau, et les marchandises pour le transport desquelles ont reçu un salaire: car si un ouvrier casse son enclume ou son marteau, celui qui l'a mis en œuvre ne doit pas lui en tenir compte. Mais si ce dommage étoit arrivé par la volonté de ceux qui sont dans le vaisseau, ou à l'occasion de quelque crainte, il devroit être aussi réparé par tout le monde.

2. Plusieurs marchands avoient chargé sur un vaisseau des marchandises de différentes espèces. Il y avoit en outre dans ce vaisseau plusieurs passagers, tant libres qu'esclaves. Une tempête considérable s'est élevée, et on a été obligé de jeter quelques marchandises. On a formé à ce sujet les questions suivantes: tous doivent-ils souffrir cette perte en commun, ceux mêmes qui auroient mis sur le vaisseau des marchandises peu pesantes, comme des pierrieres, des perles, et pour quelle portion chacun devoit contribuer? Doit-on payer pour les hommes libres, et quelles actions aura-t-on dans tous ces cas? Il a été décidé que tous ceux qui avoient intérêt que cette perte arrivât devoient contribuer, parce que cette contribution est due à cause que leurs marchandises ont été par-là conservées; en sorte que le maître du vaisseau lui-même est obligé pour sa part. On doit faire une masse de toute la perte et la répartir à proportion du prix des marchandises qui restent, sans qu'on puisse faire entrer les hommes libres dans l'estimation qu'on fera à cette occasion: les propriétaires des marchandises auront pour se faire indemniser de leur perte, l'action descendant du loyer qu'ils ont contracté avec le préposé. On a demandé encore si on devoit faire l'estimation des habits et des anneaux de chacun? On a cru qu'il falloit

§. 1. Si conservatis mercibus deterior facta sit navis, aut si quid exarmaverit, nulla facienda est collatio: quia dissimilis earum rerum causa sit, quæ navis gratia parentur, et earum pro quibus mercedem aliquis acceperit: nam et si faber incudem, aut malleum fregerit, non imputaretur ei qui locaverit opus. Sed si voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum sit, hoc ipsum sarciri oportet.

De nave deteriorata, aut armamentis spoliata.

§. 2. Cùm in eadem nave varia mercium genera complures mercatores cœgissent, prætereaque multi vectores servi, liberique in ea navigarent, tempestate gravi orta, necessariò jactura facta erat. Quæsita deinde sunt hæc: an omnes jacturam præstare oporteat: et si qui tales merces imposuissent, quibus navis non oneraretur, velut gemmas, margaritas, et quæ portio præstanda est? et an etiam pro liberis capitibus dari oporteat? et qua actione ea res expediri possit? Placuit, omnes quorum interfuisset jacturam fieri, conferre oportere: quia id tributum observatæ res deberent. Itaque dominum etiam navis pro portione obligatum esse: jacturæ summam pro rerum pretio distribui oportet: corporum liberorum æstimationem nullam fieri posse: ex conducto dominos rerum amissarum cum nauta, id est, cum magistro, acturos. Itidem agitatum est, an etiam vestimentorum cujusque, et anulorum æstimationem fieri oporteat? Et omnium visum est, nisi si qua consumendi causa imposita forent: quo in numero essent cibaria: eò magis quòd si quando ea defecerint in navigationem, quod quisque haberet, in commune conferret.

Qui, et quantum, et pro quibus rebus conferent.

De navi à piratis redempta, de rebus ablatis à prædonibus.

§. 3. Si navis à piratis redempta sit, Servius, Ofilius, Labeo, omnes conferre debere aiunt. Quod verò prædones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit : nec conferendum ei qui suas merces redemit.

Quantum conferri debet.

§. 4. Portio autem pro æstimatione rerum quæ salvæ sunt, et earum quæ amissæ sunt, præstari solet. Nec ad rem pertinet, si hæc quæ amissæ sunt, pluris veniri poterunt : quoniam detrimenti, non lucri fit præstatio. Sed in his rebus quarum nomine conferendum est, æstimatio debeat haberi, non quanti emptæ sint, sed quanti venire possint.

De servis qui in mari perierunt.

§. 5. Servorum quoque qui in mare perierunt, non magis æstimatio facienda est, quàm si qui ægri in nave decesserint, aut aliqui sese præcipitaverint.

Si quis ex vectoribus solvendo non sit, et res jactæ apparuerint.

§. 6. Si quis ex vectoribus solvendo non sit, hoc detrimentum magistri navis non erit : nec enim fortunas cuiusque nauta excutere debet.

§. 7. Si res quæ jactæ sunt, apparuerint, exoneratur collatio. Quòd si jam contributio facta sit, tunc hi qui solverint, agent ex locato cum magistro, ut is ex conducto experiatur, et quod exegerit reddat.

De dominio rei jactæ.

§. 8. Res autem jacta, domini manet ; nec fit adprehendentis : quia pro derelicto non habetur.

De instrumentis navis dejecto.

3. *Papinianus lib. 19 Responsorum.*

Cùm arbor, aut aliud navis instrumentum,

faire l'estimation de tout ce qui se trouvoit dans le vaisseau, excepté des provisions qui doivent s'y consommer, comme sont les provisions de bouche, avec d'autant plus de raison que si elles venoient à manquer pendant le voyage, chacun seroit obligé de communiquer ce qu'il en auroit.

3. Si le vaisseau a été racheté des pirates à prix d'argent, Servius, Ofilius et Labéon pensent que tout le monde doit contribuer. Mais, à l'égard de ce qui est pris par des voleurs, c'est le maître de la chose qui en souffre la perte; et s'il a racheté sa chose, il ne peut pas demander que les autres contribuent.

4. La contribution doit se faire dans la proportion des choses perdues et de celles conservées. On n'examinera que la valeur réelle des choses perdues, et non le prix qu'on eût pu retirer en les vendant; parce qu'il s'agit d'indemniser de la perte, et non pas de procurer un gain ou un avantage au maître de ces marchandises. Mais à l'égard des choses pour lesquelles la contribution est due, on les estimera non sur le pied où elles ont été achetées, mais sur celui où elles peuvent être vendues.

5. Si quelques esclaves ont été jetés dans la mer, ils n'entreront point dans l'estimation de la perte commune, pas plus que s'ils étoient morts de maladie dans le vaisseau, ou qu'ils se fussent eux-mêmes précipités dans la mer.

6. S'il y a quelques passagers dans le vaisseau qui ne soient pas solvables, le préposé n'en doit pas répondre; car il n'est point obligé de discuter la fortune de tous ceux qui montent son vaisseau.

7. Si les marchandises jetées dans la mer sont retrouvées, la nécessité de la contribution cesse d'avoir lieu. Si elle est déjà faite, ceux qui auroient payé auront l'action du loyer contre le préposé, afin que celui-ci se pourvoie, et rende ce qu'il a exigé.

8. Les marchandises jetées ainsi dans la mer restent dans la propriété de leurs maîtres; elles n'appartiennent point au premier occupant, parce que le maître n'a pas eu intention de les abandonner.

3. *Papinien au liv. 19 des Réponses.*

Lorsque le grand mât, ou toute autre pièce

pièce d'un vaisseau, a été renversé pour éviter un péril commun, la perte doit se répartir entre tous.

4. *Callistrate au liv. 2 des Questions.*

Un vaisseau ne pouvant entrer avec sa charge dans un fleuve ou dans un port, on a, pour le décharger, jeté quelques marchandises dans une chaloupe, de peur que le vaisseau ne courût quelques risques hors du fleuve, ou à l'entrée du port ou dans le port même. La chaloupe ayant été submergée ceux qui ont conservé leurs marchandises dans le vaisseau doivent indemniser de cette perte ceux qui ont perdu les leurs dans la chaloupe; comme s'il s'agissoit de marchandises jetées à la mer pour décharger le vaisseau. C'est aussi l'avis de Sabin, au livre deux des réponses. Au contraire si la chaloupe a échappé au danger avec la partie des marchandises dont elle étoit chargée, et que le vaisseau ait péri, il n'y aura pas lieu à la contribution à l'égard des marchandises périées dans le vaisseau; parce que la contribution à la perte n'est due que quand le vaisseau a été conservé par le jet des marchandises dans la mer.

1. Mais si un vaisseau, qui a échappé à une tempête, parce que les marchandises d'une personne ont été jetées dans la mer, fait ensuite naufrage dans un autre endroit, et que les marchandises de quelques-uns aient été retirées de la mer par des plongeurs, moyennant un salaire, ceux qui auront ainsi recouvré leurs choses devront tenir compte de la perte vis-à-vis du marchand dont les marchandises ont été jetées dans la mer pour décharger le vaisseau; comme Sabin l'a aussi répondu. Mais au contraire si ce premier marchand a recouvré par des plongeurs quelques-unes de ses marchandises, il ne sera pas obligé de contribuer à la perte postérieurement arrivée aux autres; parce qu'on ne peut pas dire que les marchandises de ces derniers ont été jetées dans la mer pour conserver les siennes, puisqu'elles ont été perdues par un naufrage.

2. Lorsqu'on a jeté des marchandises dans la mer pour décharger le vaisseau, et que celles qui sont restées dedans ont été gâtées, on peut demander si le maître de ces dernières est obligé de contribuer

Tome II.

tum, removendi communis periculi causa dejectum est, contributio debetur.

4. *Callistratus lib. 2 Quæstionum.*

Navis onustæ levandæ causa, quia intrare flumen, vel portum non potuerat cum onere, si quædam merces in scapham trajectæ sunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipso ostio, vel portu, eaque scapha submersa est, ratio haberi debet inter eos qui in nave merces salvas habent, cum his qui in scapha perdidērunt: proindè tanquam si jactura facta esset. Idque Sabinus quoque libro secundo responsorum probat. Contrà si scapha cum parte mercium salva est, navis periit, ratio haberi non debet eorum qui in nave perdidērunt: quia jactus in tributum nave salva venit.

De mercibus in scapham trajectis.

§. 1. Sed si navis quæ in tempestate, jactu mercium unius mercatoris, levata est, in alio loco submersa est, et aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ sunt, data mercede: rationem haberi debere ejus cujus merces in navigatione levandæ navis causa jactæ sunt ab his qui postea suas per urinatores servaverunt; Sabinus æquè respondit. Eorum verò qui ita servaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo qui in navigatione jactum fecit, si quædam ex his mercibus per urinatores extractæ sunt: eorum enim merces non possunt videri servandæ navis causa jactæ esse, quæ periit.

De mercibus per urinatores extractis.

§. 2. Cùm autem jactus de nave factus est, et alicujus res quæ in nave remanserunt, deteriores factæ sunt: videndum an conferre cogendus sit: quia non debet duplici damno onerari, et collationis, et

De mercibus, quæ in navi remanserunt, deterioris.

quòd res deteriores factæ sunt? Sed defendendum est, hunc conferre debere pretio præsentis rerum. Itaque, verbi gratia, si vicenunt mercēs duorum fuerint, et alterius aspergini decem esse cœperint, ille cujus res integræ sunt, pro viginti conferat; hic pro decem. Potest tamen dici etiam illa sententia, distinguentibus nobis, deteriores ex qua causa factæ sunt, id est, utrum propter jacta nudatis rebus damnum secutum est, an verò alia ex causa: veluti quòd alicubi jacebant mercēs in angulo aliquo, et unda penetravit: tunc enim conferre debebit. An ex priorè causa, collationis onus pati non debet: quia jactus etiam hunc læsit? Adhuc nunquid et si aspergine propter jactum res deteriores factæ sunt? Sed distinctio subtilior adhibenda est, quid plus sit in damno, an in collatione: si verbi gratia hæc res viginti fuerunt, et collatio quidem facit decem, damnum autem duo: deducto hoc, quòd damnum passus est, reliquum conferre debeat? Quid ergo si plus in damno erit, quàm in collatione? Utpotà decem aureis res deteriores factæ sunt: duo autem collationis sunt? Indubitatè utrumque onus pati non debet. Sed hic videamus, num et ipsi conferre oporteat: quid enim interest, jactatas res meas amiserim, an nudatas deteriores habere cœperim? Nam sicut ei qui perdiderit, subvenitur: ita et ei subveniri oportet, qui deteriores propter jactum res habere cœperit. Hæc ita Papius Fronto respondit.

à la perte, car il semble qu'il ne doit pas souffrir des deux côtés, et par la contribution, et par la détérioration de sa chose? Il faut cependant dire qu'il est contribuable sur le pied de la valeur présente de ses marchandises. Ainsi, si les marchandises qui sont conservées dans le vaisseau appartiennent à deux marchands, qu'elles soient pour chacun de la valeur de vingt, et que les marchandises de l'un gâtées par l'eau de la mer soient réduites à la valeur de dix, celui dont les marchandises sont saines contribuera à raison de vingt, et l'autre à raison de dix. On peut cependant modifier ce sentiment par une distinction, et examiner par quelle raison les marchandises ont été gâtées. Car si cette détérioration est survenue parce que les marchandises sont restées découvertes, ou pour une autre raison; par exemple, parce qu'elles étoient étendues dans quelque coin où l'eau aura pénétré, le maître de ces marchandises seroit, dans ce dernier cas, contribuable vis-à-vis des autres. Mais ne pourroit-on pas dire que, dans le premier il n'est pas contribuable, parce qu'il souffre lui-même de ce que les marchandises qui étoient sur les siennes ont été jetées dans la mer? Et ne doit-on pas dire aussi la même chose dans le cas où les marchandises restées dans le vaisseau ont été viciées par l'humidité qu'il a contractée? Il faut donc dans tous ces cas employer une distinction plus subtile, qui consiste à examiner si le marchand dont les marchandises restées dans le vaisseau sont viciées, souffre à cette occasion une perte plus considérable que celle qu'il souffriroit en contribuant; par exemple, si ses marchandises étoient de la valeur de vingt, sa part dans la contribution de dix, et que sa perte soit de deux, il devra contribuer pour sa part, déduction faite de sa perte. Mais que seroit-ce si sa perte étoit plus considérable que sa part dans la contribution, par exemple, si elle étoit de dix, et la part qu'il doit dans la contribution de deux? Il n'est pas juste qu'il souffre l'un et l'autre dommage. Mais voyons si, dans ce cas, les autres ne devroient pas contribuer vis-à-vis de lui: car qu'importe en effet que ce marchand souffre de ce qu'on ait jeté ses marchandises dans la mer, ou de ce qu'on les ait

viciées en les découvrant ? Il paroît juste que le secours accordé à ceux qui perdent leurs marchandises jetées dans la mer soit étendu à ceux qui, dans la même occasion, ont souffert par la détérioration des leurs : c'est ainsi que Papirius-Frunto s'est expliqué sur tous ces cas.

5. *Hermogénien au liv. 2 des Epitomes du droit.*

Si le vaisseau périt par un naufrage, ceux qui sauvent leurs marchandises ne doivent pas contribuer à la perte des autres : car on n'a admis la contribution que dans le cas où les marchandises jetées à la mer dans un péril commun auront procuré la conservation du vaisseau et des marchandises qui y restoit.

1. Lorsqu'on est obligé de couper le grand mâât du vaisseau, pour qu'il puisse échapper avec ses marchandises à la tempête, il est juste que tout le monde contribue à cette perte.

6. *Julien au liv. 86 du Digeste.*

Un vaisseau battu par la tempête a perdu son mâât, son antenne, et le reste de son équipage par un coup de tonnerre ; il est ainsi arrivé à Hyppone. Là le patron du navire l'a équipé promptement, et a fait voile vers Ostie où le vaisseau est arrivé avec ses marchandises. On a demandé si les maîtres de ses marchandises devoient contribuer à la perte de ce patron ? On a répondu qu'ils ne pouvoient y être obligés, parce que la dépense qu'il a faite a eu pour but d'équiper son vaisseau, plutôt que de conserver les marchandises dont il étoit chargé.

7. *Paul au liv. 3 de l'Abregé du digeste d'Alfenus.*

Lorsqu'un vaisseau est coulé à fond ou renversé, ce que chacun peut sauver de sien, il le sauve pour lui, comme il arrive dans un incendie.

8. *Julien au liv. 2 sur Minicius.*

Ceux qui jettent des marchandises dans la mer pour décharger un vaisseau, n'ont pas intention d'en abandonner la propriété ; ils se proposent au contraire de les reprendre s'ils peuvent les retrouver, et d'en faire la recherche s'ils découvrent dans quel endroit elles auront été jetées par la mer ; comme il arriveroit à un homme qui, chargé d'un fardeau trop pesant le jeteroit dans un chemin, pour revenir dans le mo-

5. *Hermogenianus lib. 2 juris Epitomarum.*

Amissæ navis damnum, collationis consortio non sarcitur per eos qui merces suas naufragio liberaverunt : nam hujus æquitatem tunc admitti placuit, cum jactus remedio cæteris in communi periculo, salva navi, consultum est.

De mercibus ex naufragio liberatis.

§. 1. Arbore cæsa, ut navis cum mercibus liberari possit, æquitas contributionis habebit locum.

De arbore cæsa

6. *Julianus lib. 86 Digestorum.*

Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis, et arbore, et antenna, Hipponem delata est : ibique tumultuariis armamentis ad præsens comparatis, Ostiam navigavit, et onus integrum pertulit. Quæsitum est, an hi quorum onus fuit, navtæ pro damno conferre debeant ? Respondit, non debere : hic enim sumptus instruendæ magis navis, quàm conservandarum mercium gratia factus est.

De sumptu instruendæ navis causa factæ.

7. *Paulus lib. 3 Epitomarum Alfeni digestorum.*

Cùm depressa navis, aut dejecta esset, quod quisque ex ea suum servasset, sibi servare respondit, tanquàm ex incendio.

De servatis ex nave depressa, vel dejecta.

8. *Julianus lib. 2 ex Minicio.*

Qui levandæ navis gratia res aliquas projiciunt, non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant : quippe si invenerint eas, abluros ; et si suspicati fuerint in quem locum ejectæ sunt, requisituros : ut perinde sint, ac si quis onere pressus in viam rem abjecerit, mox cum aliis reversurus ut eandem auferret.

De rei jactæ dominio.

De his qui naufragium fecerunt dire ptis à publicanis De auctoritate legis Rhodia.

9. *Volusius Mæcianus ex Legge Rhodia.*
 Ἀξιῶσις Εὐδαιμόνος Νικημεδῖος πρὸς Ἀγλώ-
 νῆων ἑσπέρια· Κύρις ἑσπεριῶν Ἀντωνῆ, ναυρα-
 γίαν ποιήσας ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηπάγη μὲν ὑπὸ
 τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκόντων.
 Ἀντωνῆνος εἶπεν Εὐδαιμόνι. Ἐγὼ μὲν τὴν κόσμον
 κύρις, ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν
 Ρωδίων κεινέσιω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν
 ημετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιται, τῶν δὲ αὐτῶν ἐξ
 ὁ Διόταλος Ἀγύστος ἐκεῖν. Id est, *depreca-*
tio Eudæmonis Nicomediensis ad Antonium
imperatorem. Domine imperator An-
tonine, naufragium in Italia facientes, di-
repti sumus à publicanis Cyclades insulas
habitantibus. Respondit Antoninus Eudæ-
moni: Ego quidem mundi dominus: lex
autem maris, lege id Rhodia quæ de re-
bus nauticis præscripta est, judicetur: qua-
tenus nulla nostrarum legum adversatur.
Hoc idem divus quoque Augustus judicavit.

10. *Labeo au liv. 1 Pithanon à Paulo*
Epitomatorum.

Si vehenda mancipia conduxisti, pro eo mancipio quod in nave mortuum est, vectura tibi non debetur. Paulus: Imò, quæritur, quid actum est: utrum ut pro his qui impositi, an pro his qui deportati essent, merces daretur. Quòd si hoc apparere non potuerit, satis erit pro nauta, si probaverit impositum esse mancipium.

De morte mancipii in navem impositi.

De rebus quæ cum nave perierunt, aut die statuto non sunt eo loci, quo vehi debuerunt, expositæ.

§. 1. Si ea conditione navem conduxisti, ut ea merces tuæ portarentur, easque merces nulla nauta necessitate coactus in navem deteriolem, cum id sciret te fieri nolle, transtulit, et merces tuæ cum ea nave perierunt, in qua novissimè vectæ sunt, habes ex conducto locato cum priore nauta actionem. Paulus: Imò contra, si modò ea navigatione utraque navis periit, cum id sine dolo et culpa nautarum factum esset. Idem juris erit, si prior nauta publicè retentus, navigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. Idem juris erit, cum ea conditione te conduxisset, ut certam pœnam tibi præstaret, nisi ante

ment avec d'autres personnes afin de l'emporter.

9. *Volusius Mæcien sur la Loi Rhodienne.*

Requête d'Endémont de Nicomédie à l'empereur Antonin. « Seigneur empereur Antonin, faisant naufrage en Italie nous avons été pillés par les publicains qui habitent les isles Cyclades. » L'empereur a répondu cette requête en ces termes: « Je suis le maître du monde entier, mais la mer est soumise aux loix. Cette affaire doit être jugée par la loi Rhodienne, qui concerne le commerce maritime, autant cependant que cette loi ne sera point contraire à aucune de nos ordonnances. » L'empereur Auguste a aussi décidé la même chose.

10. *Labeon au liv. 1 des Abrégés de*
Paul.

Si on a loué votre vaisseau pour transporter des esclaves, il ne vous est pas dû de paiement pour le transport de celui qui sera mort dans le vaisseau. Paul: Je ne suis pas de cet avis; il faut savoir quelle a été l'intention des parties; si on a promis le paiement pour les esclaves qui étoient dans le vaisseau, ou pour ceux qui seroient transportés au lieu de leur destination. S'il y a du doute à ce sujet la présomption est pour le patron du navire: il lui suffit de prouver qu'on a fait entrer l'esclave dans son vaisseau.

1. Si vous avez pris à loyer un vaisseau pour transporter vos marchandises, et que, sans aucune nécessité, le patron les ait chargées sur un autre vaisseau plus mauvais contre votre intention, qui lui étoit connue, si vos marchandises viennent à périr avec ce nouveau vaisseau, vous aurez contre le patron du premier vaisseau l'action qui descend du loyer. Paul: Je suis encore d'un avis contraire, si les deux vaisseaux ont péri dans le même voyage sans mauvaise foi et sans négligence de la part des pilotes. Il en seroit de même si le premier pilote arrêté par l'autorité publique n'avoit pu faire voyage avec vos marchandises. Il en seroit encore de

même à l'égard de celui qui auroit pris à loyer un vaisseau, sous la condition que le patron lui paieroit une certaine peine si les marchandises n'étoient point arrivées dans tel temps au lieu de leur destination, et qu'il n'eût pas tenu à ce patron de ne point encourir la peine. Il en seroit de même aussi dans cette même matière, si le patron prouve qu'il n'a pu faire le voyage, parce qu'il a été retenu par une maladie; et dans le cas où son vaisseau se sera trouvé défectueux et incapable de tenir la mer sans mauvaise foi et sans négligence de sa part.

2. Si vous avez pris à loyer un vaisseau portant deux mille cruches, et que vous en ayez chargé dessus, vous devez payer pour le transport de deux mille cruches. Paul: Ce sentiment n'est pas juste. Si le vaisseau a été loué en gros, le loyer des deux mille cruches est dû; s'il a été loué pour le nombre des cruches qu'on y mettroit, il n'en est pas de même: car on ne doit de loyer que pour autant de cruches qu'on en a chargées.

TITRE III.

DE L'ACTION INSTITOIRE

QU'ON A DROIT

D'intenter contre celui qui en a préposé un autre à quelque affaire, en conséquence d'une convention faite avec son commis.

1. *Ulpian au liv. 28 sur l'Edit.*

LE prêteur a cru qu'il étoit juste que comme on tire de l'avantage de ce qui est fait par ceux qu'on a préposés, de même on fût obligé par leurs conventions, et qu'en conséquence on pût être actionné pour les mettre à exécution. Mais il ne donne point également action à celui qui en a préposé un autre. Cependant si on a préposé son propre esclave, on a une sûreté suffisante, puisqu'on acquiert par lui l'action. Si on a préposé l'esclave d'autrui, ou un homme libre, on n'a point véritablement d'action contre ceux qui ont contracté avec lui; néanmoins on peut attaquer le préposé lui-même ou son maître, soit par l'action du mandat, soit par l'action qui vient de la gestion des affaires d'autrui. Marcellus est cependant d'avis qu'on doit donner une

constitutum diem merces tuas eò loci exposuissæt, in quem devehendas eas merces locasset, nec per eum staret, quominus remissa sibi ea pœna spectaret. Idem juris in eodem genere cogitationis observabimus, si probatum fuerit nautam morbo impeditum navigare non potuisse. Idem dicemus, si navis ejus vitium fecerit sine dolo malo, et culpa ejus.

§. 2. Si conduxisti navem amphorarum duo milium, et ibi amphoras portasti, pro duobus milibus amphorarum pretium debes. Paulus: Imò si aversione navis conducta est, pro duobus milibus debetur merces. Si pro numero impostarum amphorarum merces constituta est, contra se habet: nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti.

TITULUS III.

DE INSTITORIA

ACTIONE.

1. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

ÆQUUM prætori visum est, sicut com-
moda sentimus ex actu institorum, ita
etiam obligari nos ex contractibus ipso-
rum, et conveniri. Sed non idem facit
circa eum qui institorem præposuit, ut
experiri possit. Sed si quidem servum
proprium institorem habuit, potest esse
securus adquisitis sibi actionibus. Si au-
tem vel alienum servum, vel etiam ho-
minem liberum, actione deficietur: ipsum
tamen institorem, vel dominum ejus con-
venire poterit, vel mandati, vel negotio-
rum gestorum. Marcellus autem ait, de-
bere dari actionem ei qui institorem præ-
posuit, in eos qui cum eo contraxerint,

De actionibus
ei qui institorem
præposuit, aut
in eum compe-
tentibus.

2. *Gaius lib. 9 ad Edictum provinciale.*

Eo nomine, quo institor contraxit : si modò aliter rem suam servare non potest.

3. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Institor appellatus est ex eo, quòd negotio gerendo instet : nec multum facit, tabernæ sit præpositus, an cuilibet alii negotiationi :

4. *Paulus lib. 30 ad Edictum.*

Cùm interdum etiam ad homines honestos adferant merces, et ibi vendant. Nec mutat causam actionis locus vendendi, emendive : cùm utroque modo verum sit institorem emisse aut vendidisse.

5. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Cuicumque igitur negotio præpositus sit, institor rectè appellabitur.

§. 1. Nam et Servius libro primo ad Brutum ait, si quid cum insulario gestum sit, vel eo quem quis ædificio præposuit, vel frumento coëmendo, insolidum eum teneri.

§. 2. Labeo quoque scripsit, si quis pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturisque faciendis præposuerit, insolidum eum teneri.

§. 3. Sed et si in mensa habuit quis servum præpositum, nomine ejus tenebitur.

§. 4. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam et distrahendam : quos vulgò *circitores* appellamus.

§. 5. Sed et muliones quis propriè institores appellet.

§. 6. Item fullonum et sarcinatorum præpositus, stabularii quoque, loco institorum habendi sunt.

action à celui qui en a préposé un autre contre ceux qui ont contracté avec lui,

2. *Gaius au liv. 9 sur l'Edit provincial.*

Relativement au contrat fait par ce commis, si on n'a pas d'autre moyen de s'assurer de ce qui est dû.

3. *Ulpien au liv. 28 sur l'Edit.*

On appelle un commis *institor*, parce qu'il veille à l'affaire dont il est chargé ; peu importe qu'il soit commis à la vente dans une boutique ou chargé de toute autre affaire :

4. *Paul au liv. 30 sur l'Edit.*

Car il arrive quelquefois qu'on apporte des marchandises dans les maisons des citoyens les plus distingués, et qu'on les vend là. Le lieu de l'achat ou de la vente ne change pas la nature de l'action qu'on acquiert par sa convention avec le commis, puisqu'il est toujours vrai que le commis a acheté ou vendu.

5. *Ulpien au liv. 28 sur l'Edit.*

On peut donc donner le nom de commis à celui qui est préposé à quelque sorte d'affaires que ce soit.

1. Car Servius écrit, au livre premier sur Brutus, qu'on a cette action pour le tout, lorsqu'on a contracté avec celui qui étoit préposé pour garder une maison, pour veiller à un bâtiment, ou pour acheter du blé.

2. Labéon écrit aussi que celui qui en a préposé un autre pour faire valoir son argent, exploiter une terre, vendre des marchandises, racheter des prisonniers ou des captifs, est soumis pour le tout à l'action qui naîtra de la convention faite avec son commis.

3. Si quelqu'un exerçant la banque, se sert d'un esclave pour commis, il sera soumis à l'action en entier.

4. On doit aussi regarder comme commis ceux à qui les marchands de draps ou de toiles donnent de leurs marchandises à porter de côté et d'autre pour les vendre ; nous appellons ces sortes de gens colporteurs, *porte-balles*.

5. Un muletier peut aussi être appelé commis.

6. Aussi bien que le maître garçon des foulons et des tailleurs. On peut donner le même nom aux valets d'écurie dans une hôtellerie.

7. Si un homme qui tient boutique envoie son esclave au loin pour lui faire des emplettes et les lui envoyer, cet esclave pourra être appelé commis, suivant Labéon.

8. Le même jurisconsulte écrit, que si un homme dont l'office est d'ensevelir des morts, se sert d'un esclave pour les embaumer, et que cet esclave les dépouille, on a contre celui qui l'a employé une action à peu près semblable à celle dont nous traitons ici, quoiqu'on ait d'ailleurs contre lui l'action en réparation d'injures et l'action pénale du vol.

9. Labéon dit encore : Si un boulanger a coutume d'envoyer un esclave vendre du pain, et que celui-ci ayant reçu une somme d'avance pour en apporter tous les jours y ait manqué, on a contre lui l'action dont il est ici question, pourvu qu'il ait permis de payer ainsi d'avance à l'esclave.

10. Un foulon prêt à faire un long voyage a prié un de ses confrères de commander à ses garçons à qui il laissoit son moulin garni. Après son départ, un apprenti a reçu des étoffes pour les travailler, et s'est enfui avec. Le foulon n'est point tenu s'il n'a été mis à la tête de ce moulin que comme fondé de procuration de l'autre; s'il y est comme commis, il sera soumis à l'action. Mais si un foulon m'assure que je puis me fier à ses ouvriers, on ne se servira pas de notre action, mais bien de l'action du loyer.

11. Celui qui en a préposé un autre n'est cependant point obligé en conséquence de toutes les conventions qu'on peut avoir faites avec son commis, mais seulement si on a contracté dans les bornes de sa commission, c'est-à-dire, relativement aux choses pour lesquelles il a été commis.

12. Ainsi, s'il est commis pour la vente des marchandises, on ne pourra avoir d'autre action contre celui qui l'a préposé, que celle qui appartient à l'acheteur contre le vendeur. S'il est commis pour acheter, on ne peut avoir que l'action qui appartient au vendeur contre l'acheteur. Mais s'il est commis pour acheter, et qu'il ait vendu, ou s'il est commis pour vendre, et qu'il ait acheté, celui qui l'a préposé ne doit pas être tenu : c'est l'avis de Cassius.

13. Il y auroit lieu à notre action, si on avoit prêté de l'argent à un commis pré-

§. 7. Sed et si tabernarius servum suum peregrè mitteret ad merces comparandas, et sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scripsit.

§. 8. Idem ait, si libitinarius, quos græcè νεκροθάπτας, id est, mortuorum sepultores, vocant, servum pollinctorem habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem : quamvis et furti et injuriarum actio comperet.

De libitinario, et pollinctore.

§. 9. Idem Labeo ait : Si quis pistor servum suum solitas fuit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is pecunia accepta præsentem, ut per dies singulos eis panem præstaret, conturbaverit : dubitari non oportet, quin si permisit ei ita dari summas, teneri debeat.

De servo pistoris vendente panem.

§. 10. Sed et cum fullo peregrè proficiscens rogasset ut discipulis suis, quibus tabernam instructam tradiderat, imperaret, post cujus profectorem vestimenta discipulus accepisset, et fugisset, fullo-nem non teneri, si quasi procurator fuit relictus : sin verò quasi institor, teneri eum. Planè si adfirmaverit mihi rectè me credere operariis suis. non institoria, sed ex locato tenebitur.

De discipulo fullonis.

§. 11. Non tamen omne quod cum institore geritur, obligat eum qui præposuit ; sed ita, si ejus rei gratia cui præpositus fuerit, contractum est, id est, duntaxat ad quod eum præposuit.

Quibus ex causis hæc actio competit.

§. 12. Proinde si præposui ad mercium distractionem, tenebor nomine ejus ex empto actione. Item si fortè ad emendum eum præposuero, tenebor duntaxat ex vendito. Sed neque, si ad emendum, et ille vendiderit : neque, si ad vendendum, et ille emerit, debet teneri : idque Cassius probat.

§. 13. Sed si pecuniàm quis crediderit institori ad emendas merces præposito,

locus est institoria. Idemque, et si ad pensionem pro taberna exsolvendam. Quòd ita verum puto, nisi prohibitus fuit mutuari.

§. 14. Si ei quem ad vendendum, emendumve oleum præposui, mutuum oleum datum sit, dicendum erit institoriam locum habere.

§. 15. Item si institor, cum oleum vendidisset, annulum arræ nomine acceperit, neque eum reddat, dominum institoria teneri : nam ejus rei, in quam præpositus est, contractum est : nisi fortè mandatam ei fuit præsentì pecunia vendere. Quare si fortè pignus institor ob pretium acceperit, institoria locus erit.

De fidejussore
institoria.

§. 16. Idem fidejussori qui pro institore intervenerit, institoria competit : ejus enim rei sequela est.

Si decesserit
is qui præposuit.

§. 17. Si ab alio institor sit præpositus, is tamen decesserit, qui præposuit ; et heres ei extiterit, qui eodem institore utatur, sine dubio teneri eum oportebit. Nec non, si ante aditam hereditatem cum eo contractum est, æquum est ignorantì dari institoriam actionem.

Si procurator,
tutor, curator
præposuerit.

§. 18. Sed et si procurator meus, tutor, curator institorem præposuerit, dicendum erit, veluti à me præposito, dandam institoriam actionem.

6. *Paulus lib. 30 ad Edictum.*

Sed et in ipsum procuratorem, si omnium rerum procurator est, dari debet institoria.

7. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Sed et si quis meam rem gerens præposuerit, et ratum habuero, idem erit dicendum.

Si negotiorum
gestor præposuit.

posé pour acheter ; de même si on en a prêté au commis pour payer le loyer de la boutique dans laquelle il vend. Ce sentiment ne me paroît juste, qu'autant qu'on n'aura pas fait à ce commis une défense expresse d'emprunter.

14. Si on a commis quelqu'un pour vendre et acheter de l'huile, celui qui lui en aura prêté aura l'action institorie contre celui qui l'a préposé.

15. De même si ce commis en vendant de l'huile reçoit un anneau par forme d'arrhes, et ne le rend point, il y aura lieu à l'action contre celui qui l'a préposé : car on a contracté en ce cas avec lui dans les bornes de sa commission ; à moins qu'on n'eût chargé ce commis de vendre argent comptant. Ainsi, si le commis a reçu un gage au lieu du prix de la chose, il y aura lieu à l'action contre celui qui l'a préposé, comme dans le cas des arrhes.

16. Le répondant qui est intervenu pour le commis a de même l'action contre celui qui l'a préposé : car il n'a fait qu'accéder à l'affaire dont ce commis étoit chargé.

17. Si un commis a été préposé par une personne qui est morte depuis, et que son héritier se soit servi du même commis, il n'y a point de doute que cet héritier ne soit obligé vis-à-vis de ceux qui ont contracté avec le commis. Si la convention a même été faite avant l'acceptation de la succession, il n'est point injuste que l'héritier, à l'insu duquel la convention a été faite avec le commis du défunt, obtienne l'action contre ceux qui ont contracté.

18. Mais si le commis a été préposé par un procureur, un tuteur, un curateur, on donnera l'action dont il est ici question à celui qui a constitué procureur au pupille ou au mineur, comme si le commis avoit été préposé par lui-même.

6. *Paul au liv. 30 sur l'Edit.*

On doit donner l'action en ce cas contre le procureur lui-même qui a préposé le commis, si l'administration générale de tous les biens lui est confiée.

7. *Ulpien au liv. 28 sur l'Edit.*

Il faut dire la même chose de celui qui, faisant les affaires d'autrui, aura préposé un commis, si le maître de l'affaire ratifie ensuite ce qu'il a fait.

1. Il importe peu de quel sexe soit le commis, si c'est un esclave appartenant à celui qui l'a préposé ou à un autre. On ne fait point non plus d'attention à la qualité de celui qui a préposé ; car une femme qui a préposé un commis donne lieu à notre action ; comme elle donneroit lieu à l'action dont on a parlé ci-devant, si elle faisoit valoir un navire à son profit. Si c'est une femme qui a été préposée, elle sera elle-même personnellement obligée. L'action dont on traite ici a même lieu lorsqu'on a pris pour commis un fils de famille ou une femme esclave.

2. Si on a préposé un pupille, on est obligé en conséquence de la convention faite avec lui ; parce qu'on doit s'imputer d'avoir choisi un tel commis.

8. *Gaius au liv. 9 sur l'Édit provinciale.*

Car il est assez ordinaire de faire tenir des boutiques par des jeunes gens de l'un et l'autre sexe.

9. *Ulpien au liv. 28 sur l'Édit.*

Mais si c'est un pupille qui a préposé un commis, il ne sera obligé qu'autant qu'il aura été autorisé de son tuteur à l'effet de le préposer ; autrement il ne le sera pas.

10. *Gaius au liv. 9 sur l'Édit provinciale.*

L'action aura cependant lieu contre lui, mais seulement jusqu'à concurrence de ce dont il se sera enrichi par l'administration de ce commis.

11. *Ulpien au liv. 28 sur l'Édit.*

Mais si un pupille succédoit à titre d'héritier à celui qui a préposé un commis, il paroît très-juste qu'il soit obligé tant que ce même commis reste ; parce que les tuteurs devoient le révoquer s'ils ne vouloient pas se servir de lui.

1. Si c'est un mineur de vingt-cinq ans qui a préposé un commis, il pourra obtenir la restitution en entier, toutefois en connaissance de cause.

2. Lorsqu'on aura dénoncé publiquement qu'on ne traite pas avec un tel, il cessera d'être regardé comme commis : car alors on ne devra plus permettre de contracter avec lui. Mais, dans ce cas, il faut l'empêcher ; autrement celui qui l'a préposé sera par cela seul toujours obligé.

3. On entend ici par dénoncer publique-

Tome II.

§. 1. Parvi autem refert quis sit institor, masculus, an fœmina: liber, an servus: proprius, vel alienus. Item, quisquis præposuit: nam et si mulier præposuit, competit institoria, exemplo exercitoria actionis. Et si mulier sit præposita, tenebitur etiam ipsa. Sed et si filiafamilias sit, vel ancilla præposita, competit institoria actio.

De institoris et præponentis sexu, conditione,

§. 2. Pupillus autem institor obligatur qui eum præposuit, institoria actione: quoniam sibi imputare debet, qui eum præposuit.

Et ætate.

8. *Gaius lib. 9 ad Edictum provinciale.*

Nam et plerique pueros, puellasque tabernis præpouunt.

9. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Verùm si ipse pupillus præposuerit, si quidem tutoris auctoritate, obligabitur: si minus, non.

10. *Gaius lib. 9 ad Edictum provinciale.*

Eatenus tamen dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior est.

11. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Sed si pupillus heres extiterit ei qui præposuerat, æquissimum erit pupillum teneri; quandiu præpositus manet: remouendus enim fuit à tutoribus, si nollent opera ejus uti.

§. 1. Sed et si minor viginti-cinque annis erit, qui præposuit, auxilio ætatis utetur non sine causæ cognitione.

De proscritione, ne contrahatur.

§. 2. De quo palam proscriptum fuerit, ne cum eo contrahatur, is præpositi loco non habetur. Non enim permittendum erit cum institore contrahere. Sed si quis nolit contrahi, prohibeat: cæterum qui præposuit, tenebitur ipsa præpositione.

§. 3. *Proscribere palam, sic accipimus,*

claris literis: undè de plano rectè legi possit, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur: non in loco remoto, sed in evidenti. Literis, utrùm græcis, an latinis? Puto secundùm loci conditionem: ne quis causari possit ignorantiam literarum. Certè si quis dicat, ignorasse se literas, vel non observasse quod propositum erat, cum multi legerent, cumque palam esset propositum, non audietur.

§. 4. Proscriptum autem perpetuò esse oportet. Cæterum si per id temporis quo propositum non erat, vel obscurata proscriptio, contractum sit, institoria locum habebit. Proindè si dominus quidem mercis proscripsisset, alius autem sustulit, aut vetustate, vel pluvia, vel quo simili contingit, ne proscriptum esset, vel non appareret, dicendum, eum qui proposuit, teneri. Sed si ipse institor decipiendi mei causa detraxit, dolus ipsius proponenti nocere debet: nisi particeps doli fuerit, qui contraxit.

§. 5. Conditio autem præpositionis servanda est: quid enim, si certa lege, vel interventu cujusdam personæ, vel sub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem? Æquissimum erit id servari in quo præpositus est. Item si plures habuit institores, vel cum omnibus simul contrahi voluit, vel cum uno solo: sed et si denunciavit cui, ne cum eo contraheret, non debet institoria teneri: nam et certam personam possumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum; vel certis hominibus permittere. Sed si aliàs cum alio contrahi voluit, continua variatione, danda est omnibus adversus eum actio: neque enim decipi debent contrahentes.

ment l'écrire en caractère lisible, et dans un endroit d'où on puisse le lire aisément, c'est-à-dire devant la boutique ou dans l'endroit où se fait le commerce, non dans un lieu éloigné, mais dans un endroit remarquable. Ce tableau doit-il être écrit en grec ou en latin? Je pense qu'il faut suivre la coutume de l'endroit, afin que personne ne puisse prétexter l'ignorance de la langue dans laquelle cette inscription est écrite. Assurément on ne sera point admis à dire qu'on ne sait pas lire, ou qu'on n'a pas remarqué le tableau, lorsqu'il a été exposé en public et lu par plusieurs.

4. Il faut que la défense de contracter, portée dans ce tableau, soit perpétuellement exposée: car si on a contracté dans le temps où le tableau n'étoit pas exposé, ou lorsqu'il n'étoit pas suffisamment en vue, il y aura toujours action contre le préposé. Ainsi, si le maître avoit exposé le tableau, et qu'un autre l'eût ôté, ou que ce tableau ait été détruit ou effacé par la vétusté, la pluie ou autres accidens semblables, celui qui auroit préposé seroit obligé. Si le commis lui-même avoit ôté ce tableau pour tromper ceux qui se présenteroient, sa mauvaise foi devoit nuire à celui qui l'a préposé; à moins que celui qui a ainsi contracté ne fût participant de la fraude.

5. On doit observer la loi portée par l'acte qui prépose le commis; car il peut se faire que celui qui l'a préposé ait voulu qu'on ne pût contracter avec lui que sous certaines conditions, ou en présence d'une certaine personne, ou moyennant des gages, ou pour une certaine espèce de choses. Il est juste qu'on observe ce qui aura été ainsi établi dans l'origine. De même que si celui qui a plusieurs commis, veut, ou qu'on soit obligé de contracter avec tous ensemble, ou qu'on puisse contracter avec un seul. S'il a même signifié à quelqu'un de ne pas contracter avec un tel, l'action n'aura pas lieu: car on peut défendre à certaine personne ou à une certaine compagnie de négocians ou autres de contracter, ou ne le permettre qu'à certaines personnes qu'on désigne. Mais si on défend de contracter tantôt avec l'un, tantôt avec l'autre, en variant continuellement, tous ceux qui auront contracté indistinctement auront action contre celui qui

a préposé ; car les contractans ne doivent pas être abusés par ce jeu.

6. Mais si celui qui a préposé défend absolument de contracter avec un tel, l'action cesse ; parce qu'il est alors regardé plutôt comme un garde-magasin que comme un commis : en sorte qu'il ne pourra vendre aucune marchandise ni aucune chose qui dépende de la boutique, quelque modique que soit l'objet.

7. Si on a intenté régulièrement son action contre celui qui a préposé, l'action par laquelle on pourroit demander de venir avec lui par contribution pour être payé sur le pécule, cesse de plein droit d'avoir lieu ; parce que cette dernière ne peut avoir lieu sur les marchandises qui appartiennent au maître : de manière que si l'esclave n'étoit point commis à un commerce dont les fonds appartenissent à son maître, l'action par contribution sur le pécule auroit lieu.

8. Si j'ai reçu à loyer de votre esclave les journées de services de l'esclave qu'il a sous lui, que j'aie préposé ce second esclave à mon commerce, et qu'il vous ait vendu à vous, son maître, quelque marchandise, la vente est valable : car, lorsqu'un maître achète de son esclave, il y a vente, quoique le maître en ce cas ne puisse pas être obligé envers lui-même. Et il est si vrai que cette vente est valable, que le maître a un véritable titre de possession, qui est l'achat, et qu'en vertu de cette possession il peut prescrire.

12. *Julien au liv. 11 du Digeste.*

De là, dans l'espèce que nous venons d'exposer, vous aurez contre moi, qui ai préposé l'esclave, une action utile ; mais moi j'aurai contre vous ou l'action sur le pécule de l'esclave en chef, si je veux me servir de l'action qui vient du loyer, ou sur le pécule de l'esclave en second, parce que je l'ai chargé de vendre ma marchandise, et qu'on peut dire que le prix de la chose que vous avez achetée est tourné à votre profit, par la raison que vous êtes devenu débiteur de votre esclave.

13. *Ulpian au liv. 28 sur l'Edit.*

Un maître, après avoir préposé son esclave pour faire le commerce d'huile à Arles, le préposa aussi à l'effet d'emprunter de l'argent. Quelqu'un qui lui avoit prêté une somme

§. 6. Sed si in totum prohibuit cum eo contrahi, præpositi loco non habetur : cum magis hic custodis sit loco, quàm institoris. Ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna.

§. 7. Si institoria rectè actum est, tributoria ipso jure locum non habet : neque enim potest habere locum tributoria in merce dominica. Quòd si non fuit institor dominicæ mercis, tributoria superest actio.

An concurrant
institoria et tribu-
toria.

§. 8. Si à servo tuo operas vicarii ejus conduxero, et eum merci meæ institorem fecero, isque tibi mercem vendiderit, emptio est. Nam, cum dominus à servo emit, est emptio : licet non sit dominus obligatus, usque adeò, ut etiam pro emptore et possidere, et usucapere dominus possit.

Si vicarium
servi tui instito-
rem fecero, tu-
que in eo con-
traxeris.

12. *Julianus lib. 11 Digestorum.*

Et ideò utilis institoria actio adversus me tibi competet : mihi verò adversus te, vel de peculio dispensatoris, si ex conducto agere velim : vel de peculio vicarii, quòd ei mercem vendendam mandaverim : pretiumque quo emisti, in rem tuam versum videri poterit, eo quòd debitor servi tui factus esses.

13. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Habebat quis servum merci oleariæ præpositum Arelatæ, eundem et mutuis pecuniis accipiendis : acceperat mutuum pecuniam. Putans creditor ad merces eum

Si sæpius aga-
tur institoria.

accepisse, egit proposita actione. Probare non potuit mercis gratia eum accepisse: licet consumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecuniis quoque mutuis accipiendis esset præpositus, tamen Julianus utilem ei actionem competere ait.

De novatione.

§. 1. Meminisse autem oportebit, institoria dominum ita demum teneri, si non novaverit quis eam obligationem, vel ab institore, vel ab alio novandi animo stipulando.

De pluribus præponentibus.

§. 2. Si duo pluresve tabernam exercent, et servum quem ex disparibus partibus habebant, institorem præposuerint, utrum pro dominicis partibus teneantur, an pro æqualibus, an pro portione mercis, an verò insolidum, Julianus quærit? Et verius esse ait, exemplo exercitorum, et de peculio actionis, insolidum unumquemque conveniri posse: et quidquid is præstiterit, qui conventus est, societatis iudicio vel communi dividendo consequetur. Quam sententiam et supra probavimus.

14. *Paulus lib. 4 ad Plautium.*

Idem erit et si alienus servus communi merci præpositus sit: nam adversus utrumque insolidum actio dari debet, et quod quisque præstiterit, ejus partem societatis, vel communi dividendo iudicio consequetur. Certè ubicunque actio societatis, vel communi dividendo cessat, quemque pro parte sua condemnari oportere constat: veluti si is cuius servo creditum est, duobus heredibus institutis ei servo libertatem dederit. Nam heredum quisque pro sua parte conveniendi sunt:

pensant qu'il s'en serviroit pour son commerce, intenta contre celui qui l'avoit préposé l'action dont nous traitons; mais ne pouvant prouver que cet emprunt d'argent avoit été fait par l'esclave pour être employé dans son commerce, son action est éteinte, et il ne peut plus la proposer de nouveau, en alléguant que cet esclave étoit aussi préposé pour faire des emprunts. Néanmoins Julien pense qu'on doit lui accorder une action utile.

1. Il faut observer que l'action dont nous parlons n'a lieu contre celui qui a préposé, qu'autant que l'obligation en conséquence de laquelle on agit n'aura pas changé de nature; comme si on s'étoit fait faire une promesse solennelle par le commis lui-même ou par un autre dans l'intention de dénaturer l'obligation.

2. Deux ou plusieurs personnes tiennent une boutique à leur profit; ils y préposent pour commis un esclave commun, mais sur lequel ils ont chacun des portions inégales. Julien demande si ceux qui l'ont préposé seront soumis à l'action chacun pour la portion qu'ils ont dans le domaine de l'esclave, ou par égale portion, ou pour la part qu'ils ont dans la marchandise, ou solidairement? Il décide qu'il est plus certain que chacun est tenu solidairement, à l'exemple de l'action qui a lieu contre le patron d'un navire qui a préposé quelqu'un pour le faire valoir, et à l'exemple de l'action intentée sur le pécule; ce qu'aura payé celui qui aura été attaqué pour le tout, il le retirera en partie sur les autres, ou par l'action de la société, ou par l'action en partage d'une chose commune. Ce sentiment a été approuvé plus haut.

14. *Paul au liv. 4 sur Plautius.*

Il en sera de même si l'esclave d'autrui est préposé à la vente d'une marchandise commune entre deux propriétaires: car on peut attaquer chaque propriétaire solidairement; si l'un d'eux a payé, il pourra le retirer en partie par l'action de la société, ou l'action en partage de chose commune qu'il a contre l'autre. Mais dans les cas où l'action de la société ou celle en partage d'une chose commune n'auroit pas lieu, chacun de ceux qui ont préposé l'esclave devroit être condamné pour sa part; car si on a prêté à

l'esclave d'un particulier qui est mort laissant deux héritiers, et ayant accordé la liberté à ce même esclave, chaque héritier doit être actionné pour sa part, parce qu'ils n'ont pas entre eux d'action en partage d'une chose commune.

15. *Ulpien au liv. 28 sur l'Edit.*

Enfin, on doit observer que ces actions sont perpétuelles et se transmettent pour et contre les héritiers.

16. *Paul au liv. 29 sur l'Edit.*

Si on contracte avec le fermier de quelqu'un, on n'a point d'action contre le maître, parce que le fermier est préposé pour recueillir les fruits et non pas pour en tirer du profit. Si cependant on a aussi préposé le fermier pour vendre ce qu'il a recueilli, il paroîtroit juste qu'on eût contre le maître qui l'a préposé une action semblable à celle dont nous traitons.

17. *Le même au liv. 30 sur l'Edit.*

Si quelqu'un est préposé pour acheter ou vendre des esclaves, des bêtes de somme ou des troupeaux, non-seulement on aura contre lui l'action en conséquence de la vente ou de l'achat fait par son commis, mais encore celle qui a lieu relativement aux clauses qui portent que la chose vendue sera rendue à de certaines conditions, ou que le vendeur rendra le double ou le simple en cas d'éviction.

1. Si vous avez eu pour commis l'esclave de Titius, je puis ou agir contre vous en vertu de l'édit dont on traite ici, ou contre son maître Titius en vertu des édits que nous expliquerons plus bas; mais si, après l'avoir préposé, vous aviez défendu de contracter avec lui, on n'auroit plus d'action que contre son maître.

2. Si un impubère succède à son père, qui avoit préposé des commis, et qu'après la mort du père on ait contracté avec eux, on doit donner action contre le pupille, à cause de la faveur due au commerce; de même que dans le cas où on contracteroit avec le commis du pupille après la mort du tuteur, avec l'autorisation duquel il auroit été préposé.

3. Pomponius a écrit qu'on devoit accorder cette action relativement au contrat passé avec le commis du défunt avant l'accepta-

quia cessat inter eos communi dividundo judicium.

15. *Ulpianus lib. 28 ad Edictum.*

Novissimè sciendum est has actiones perpetuò dari, et in heredem, et hereditibus.

De tempore harum actionum
De herede.

16. *Paulus lib. 29 ad Edictum.*

Si cum villico alicujus contractum sit, non datur in dominum actio: quia villicus propter fructus percipiendos, non propter quæstum præponitur. Si tamen villicum distrahendis quoque mercibus præpositum habuero, non erit iniquum exemplo institoriarum, actionem in me competere.

De villico.

17. *Idem lib. 30 ad Edictum.*

Si quis mancipiis, vel jumentis pecoribusve emendis, vendendisque præpositus sit, non solum institoria competit adversus eum qui præposuit, sed etiam redhibitoria, vel ex stipulatu duplæ simplæve insolidum actio danda est.

Si quis mancipiis, vel jumentis pecoribusve emendis, vendendisve præpositus sit.

§. 1. Si servum Titii institorem habueris, vel tecum ex hoc edicto, vel cum Titio ex inferioribus edictis agere poterò: sed si tu cum eo contrahi vetuisti, cum Titio duntaxat agi poterit.

De servo alieno præposito.

§. 2. Si impubes patri habenti institorum, heres extiterit, deindè cum his contractum fuerit, dicendum est in pupillum dari actionem, propter utilitatem promiscui usus: quemadmodum ubi post mortem tutoris, cujus auctoritate institor præpositus est, cum eo contrahitur.

De morte ejus qui præposuit.

§. 3. Ejus contractus certè nomine, qui ante aditam hereditatem intercessit, etiam si furiosus heres existat, dandam

esse actionem etiam Pomponius scrip-it : non enim imputandum est ei qui sciens dominum decessisse , cum institore exercente mercem contrahat.

De denuncia-
tione, ne insti-
tori credatur.

§. 4. Proculus ait, si denunciavero tibi, ne servo à me præposito crederes, exceptionem dandam, si ille illi non denuncia-verit, ne illi servo crederet. Sed si ex eo contractu peculium habeat, aut in rem meam versum sit, nec velim quo locuple-tior sim solvere, replicari de dolo malo oportet : nam videri me dolum malum facerem, qui ex aliena jactura lucrum quaeram.

De actione di-
recta.

§. 5. Ex hac causa etiam condici posse verum est.

18. *Idem lib. singulari de variis
Lectionibus.*

Definitio ins-
titoris.

Institor est, qui tabernæ locove, ad emendum vendendumve præponitur, quique sine loco ad eundem actum præponitur.

19. *Papinianus lib. 5 Responsorum.*

De procurato-
re accipiendis
pecuniis præpo-
sito.

In eum qui mutuis accipiendis pecuniis procuratorem præposuit, utilis ad exemplum institoriae dabitur actio. Quod æquè faciendum erit, et si procurator solvendo sit, qui stipulanti pecuniam promisit.

De manumis-
sione institoris.

§. 1. Si dominus qui servum institorem apud tabernam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum negotium exercuit, varietate status non mutabitur periculi causa.

Si pater pro
filio institore fi-
dejusserit.

§. 2. Tabernæ præpositus à patre filius, mercium causa mutuam pecuniam acce-

